

Johann Quistorp

**Programma Disputationi solemni Theologicae Quam ... Dn. M. Stephanus
Clotzius, S. S. Theologiae Professor, & Candidatus Pro supremo in Theologia
honoris gradu consequendo proponet, pro more Adiunctum, & publicatum
Johanne Quistorpio, Th. D. Decano eiusdemq[ue] facultatis Seniore**

Rostochi[i]: Pedanus, 1634

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739730274>

Druck Freier  Zugang



Programm vorangestellt.

① Programm
② Krt.: H. Clotz

Clotz - Chairaps. /a
R. U. theol. 1634.

Contenuta:

- ① J. Christopheri Programma 1634
- ② S. Clota: Exe agnus illud ei 1634

PROGRAMMA
Disputationi solemnī Theologicæ

Quam

Reverendus & Clarissimus Vir

Dn. M. STEPHANUS
CLOTZIUS,
S. S. Theologiæ Professor,
& Candidatus

*Pro supremo in Theologia honoris gradu
consequendo proponet, pro more Adjunctum,
& publicatum*

JOHANNE QVISTORPIO,
Th. D. DECANO ejusdemq; fa-
cultatis Seniore.



ROSTOCHI,
Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXXIV.

1634



ROSTOCK
TYPIS ET CAVAS
EX LIBRIS MONUM



DECANUS
Collegii Theologici in Academia
Rostochiensi

JOHANNES QVISTOR-
PIUS TH.D. & PROFESSOR.

Ot, tantaque sunt, quæ
Deus in humanum genus
contulit beneficia, ut, nec
calamus scribendo, ne clin-
guia fando, nec mens cogi-
tando, illa assequi possit. In-
ter hæc principem sibi lo-
cum vèndicat, quod nobis, cum inimici ipsius
essemus, filium suum unigenitum dedit, quem
nostrî causâ hominem fieri, legi subjici, in cru-
ce mori voluit; ut nos filii Dei efficeremur, à
maledictione legis liberaremur, vitâ & gloriâ
æternâ donaremur. Beneficium hoc locis longè
plurimis, magnopere in sacris literis exaggerat,
per suos amanuenses Spiritus sanctus. Aposto-

A 2 lus

Ius Paulus illud his verbis extollit Rom. 5, v. 8.
Commendat Deus charitatem suam erga nos, quod
cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis
mortuus est. & Rom. 8, 32. qui proprio filio non pe-
percit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, qui fieri
posset, ut non cum eo omnia nobis daret, Galat. 4, 4.
Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium
suum natum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui
sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum
reciperemus. Apostolus Petrus priori sua epistola
cap. 1. v. 18, 19. ad ejus considerationem nos
his invitat: Scientes, quod non corruptibili auro
vel argento redempti estis, de vanâ vestrâ conver-
satione paternâ traditionis, sed pretioso sanguine,
quasi agni immaculati Christi & incontaminati.
D. Iohannes epistolâ sua prima capitibus pri-
mo & secundo his ejus meminit. *Sanguis Jesu*
Christi filij Dei, emundat nos ab omni peccato,
ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non pro no-
stris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.
Item cap. 4. v. 9, 10. *In hoc apparuit charitas Dei*
in nobis, quod filium suum unigenitum miserit in
*mundum, ut vivamus per eum. In hoc est chari-
tas, non quod nos dilexerimus Deum, sed*
quod ipse dilexerit nos, & miserit Filium
suum propitiationem pro peccatis nostris. Plenæ
funt

sunt sacræ paginæ testimoniorum similia, quibus insigne hoc beneficium depraedatur, & nobis considerandum proponitur. Inter ea & illud est, quod apud Evangelistam Johannem cap. i. v. 29. legitur: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Quo ipso serio monemur, ut fidei oculos in Servatorem nostrum Iesum Christum desigamus, tanquam unum illum, quem omnes in Veteris Testamenti sacrificiis mactati agni præfigurarunt, qui ceu hircus emissarius, Levit. 16, 22. sibi omnium nostrorum peccata imponi passus est. Qui sublati peccatis nōs in gratiam cum Deo patre reduxit: hunc jubemur intueri, in quo uno, quæ olim à Judæis ad peccatorum maculas eluendas, usurpatæ sunt, invenimus & singula & omnia. Judæi, cum se polluissent, primò aquam ex more adhibebant, quem aqua & ablutione peragebant, atque etiam num hodie peragunt: hujus loco Johannes Baptista pœnitentiam ursit. Illam sequebatur: quem & baptismum dixerunt Hellenistæ. Posthunc autem quod autem erat pro peccato victimæ, offerebatur. Hoc pacto se à peccatis mundari arbitrabantur. In quam rem Eulogius in Photii excerptis: καὶ ὡς τὰ βρεφῶν οὐδέ, αὐτοῖς οὐτε, τοῖς παισὶ μὲν οὐδὲν οὐτε. εἶτα βαπτισμὸν ἀπελάσκετο. καὶ λοιπὸν ἡδη τὰς ταξιὰς οὐ γενέται

μένον Ιωσίας περοφερον. ὃν αὐτὸν ἀπόγων ὁ Ἀπόλλοος, καὶ
τὸν ἀπεικλεύ Φοβερού ἐπιώνυμον. Καὶ γὰρ ἡδὲ τὸν ἀληθινὸν
Ιωσίας ἀπάξ Τὴν σωτηρίαν τὸν αἰῶνα τὸν τοῦτον ἀμαρτιῶν περι-
ενεχθῆντος, ἐποιεῖται ἀμνὸς τὸν θεόν, τὸν αἴροντα τὸν ἀμαρτιῶν τὸν
κόσμον σφαγιασθέντα, μηκέτι μηδὲν ταπεινόφατο, αλλα δι-
λῶς πεπαινόδην τὸν πλάνην καὶ τοπιὰν Ιωσίας τοῦτον ἀμαρτιῶν
περοφερομένους. hoc est, vertente Cl. Heinlio: He-
braorum quippe gens, primò purgari, tum ablutione
scu baptismō ablini solebat, cum peccaret. Dein-
de pro peccato offerebant victimas, à quibus eos ut
averteret Apostolus, etiam minis terret uehemen-
tibus. Oportebat enim, ut in consummatione seculi,
vera semel pro peccatis oblata victima, nihil planè
supereisset amplius, sed ut semel multis illis ac figu-
ratis, quæ pro peccato offerebantur, finis imponeret-
tur victimis. Quia vero Christus unus ille est,
qui primò nos ἀγάλιξε, Ephes. 5. v. 26. Hebr. 2. II.
noster item est ἀγαστὸς, I. Corinth. I. v. 30. Qui
secundò nos καθάρισε, I. Iohan. I. 7. δι' εαντὸν καθαρισμὸν
ἐπίνοε τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν, Hebr. I. v. 3. Qui tertiò
pro nobis factus καθάρισε, pro peccatis victima,
quando mactatus est, & redemit nos per sanguinem
suum, Apocal. 5, v. 9. tradidit semetipsum
pro nobis oblationem & victimam Deo, Ephes.
5. v. 2. Ebr. 7, v. 27. cap. 9. v. 26. Quia, in-
quam, illa tria in Christum quadrant, Ille à
Iudeis usurpata, peccata tollendi media, abo-
levit:

E

Ethoc est, quod D. Johannes vult,
quando eum Agnum tollentem pec-
cata mundi nominat. Prolixius hæc
Reverendus & Clarissimus Vir Dn.
STEPHANUS CLOTZIUS in exegesi
dicti hujus ex Johan. i, vers. 29. exponit.
Quam ipsam die hujus mensis Novem-
bris 18. in Collegio magno pro summo
in Theologiâ honoris gradu conse-
quendo, publicâ Disputatione excu-
tiendam proponet. Ad quam Magni-
ficum Dn. Rectorem, Reverendos,
Consultissimos, Experientissimos,
Clarissimos Dominos Collegas, & re-
liquos Doctores, Verbi Dei ministros,
Magistros, & Nobilissimos ac Doctissi-
mos Studiosos, ut non solum audi-
tum & spectatum frequentes conve-
niant, sed & pro sua quisque conditio-
ne, in Reverendi Domini Candidati

The-

Theses inquirant, easque examinent,
invitamus. Nos vicissim studia & offi-
cia nostra omnibus & singulis deferi-
mus.

P. P. Rostochii sub Facultatis Theo-
logicæ Sigillo. Anno 1634. 9. No-
vembris.



T



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn739730274/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739730274/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn739730274/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739730274/phys_0012)

DFG

Ethoc est, quod D. Johann
quando eum Agnum tollente
cata mundi nominat. Prolix
Reverendus & Clarissimus V
STEPHANUS CLOTZIUS in
dicti hujus ex Johan. i, vers. 29. ei
Quam ipsam die hujus mensis N
bris 18. in Collegio magno pro
in Theologiâ honoris gradu
quendo, publicâ Disputatione
tiendam proponet. Ad quam N
ficum Dn. Rectorem, Reverendum
Consultissimos, Experientissimos
Clarissimos Dominos Collegas
liquos Doctores, Verbi Dei mir
Magistros, & Nobilissimos ac E
simos Studiosos, ut non solûm
tum & spectatum frequentes c
niant, sed & pro sua quisque con
ne, in Reverendi Domini Can



Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

032